

Aduerstencias para

Episcopatus creati ut in Novo Mexico, California, Ciam, China, Cochinchina, & Insulis Mindanao, Barnei, & quas vocant de Salomon &c. Possunt praedicti Praelati ordinum Mendicantium ubi ibi appulerint, vel etiam ibi cōmorantes uti hac omnimoda potestate, sine eo q̄ Episcopi circumiacenti suum praeferent assensum. Quia ibi non extenduntur termini suorum Episcopatus. Et postquam ibi praedicti Praelati suam exercent auctoritatem, nil possunt intētare Episcopi vicini, q̄ illa loca sunt commissa dictis Praelatis per Papam, & sic sunt eius delegati, & ab eo habent auctoritatem, & potestatem administrandi Sacra menta Baptismi, Pœnitentię, Vnatio nisextimae, & Matrimonij. Immo ibi possunt Religiosi Ecclesiias benedicere, Sacramentum Confirmationis conferre, Ecclesiis de ministris prouidere, per Breue Leonis. 10. de licentia suorum Prelatorum. Sed ubi sunt Episcopatus iam creati, oportet sequi que Adrianus. 6. precipit, si illo privilegio sit uterum, secus si clausula & concessione Gregorij 9. Inno. 4. Nicolai. 4. Sixti. 4. Leonis. 10. & Pau. 4. vt patebit ver. Infidelium conuersio, in Expositione literarum Apostolicarū,

præ